

essent, tamen licet non pertinebat ad eos: quia licet Administratores, Arcarii, & ceteri similes suo periculo administrationes suscipiunt; quando dominus ipse deciperetur ex delegatione, vel chirographo, virtute cuius Arcarius solvit, ipse liberatur, & periculum est domini pecuniæ, ut in simili probat Amat. d. resol. 20. n. 12. in hoc enim casu ita sagaciter falsitates fabricatae erant, ut judicialiter Senatus Patrimonii ad quem attinet expeditio delegationum deceptus pariter fuit, ut dixi n. 19. ergo periculum erat ipsius Senatus & fisci, non verò Arcariorum.

Sed magis urgent verba illa d. l. 18. 46 *paris. ibi: o el Jvdgador que furtasse los mayavedis del Rey, o de algund concejo m'entra estuviere en el officio*, quod est idem ac diffinitum per dict. l. unic. Cod. de crim. pecul. nempe quod ad hoc ut pœna capitis sequatur requiritur quod intercepti pecuniam publicam Judex sit vel in aliquo officio constitutus, & quod committatur durante officio: cum autem Reus hic neque iudicis, neque alterius officii ministerium habuisset, nequam comprehendendi posse videbatur sub his dispositionibus, ex pluribus traditis per Valenz. conf. 145. n. 17.

47 At nihilominus comprehensum esse firmiter teneo, & pœna capitali plectendum. Quia ipse Reus ut consequeretur interceptionem pecuniæ fisci se gessit pro officiali Senatus Patrimonii, nempe pro discussore interjecto, apud nos *Conrador entretenido*, & ex hac falsitate superaddita principali crimini reportare commodum levioris pœnæ esset absurdum, c. cum qui 18. de prebend. in 6. ibi: *Non enim decet ut stultus melioris quam pertus conditionis existat, vel quod invasor eo qui justè ingreditur, privilegio gaudeat potiori, l. si à Domino 36. §. si vradò, ff. de petit. hered. ibi: sed non est dubium quin non debeat melioris esse conditionis, quam bona fidei possessor l. ii. tit. 9. part. 7. l. 2. tit. 14. lib. 3. ordin. & ibi Didac. Perez. gl. 1. pluribus Barbof. in loc. com. Argum. jur. loc. 2. cum enim auctoritas officii putativi esset causa effectiva interceptionis quod voluntariè, & dolosè admisit, verè in officio delictum commisit cum favore, & auctoritate officii maleficium perficeret, Farin. dict. quest. 19. num. 44. & quaest. 24. num. 59. Narbona dict. gloss. 20. n. 56. Arcarii à quibus pecunias interceptabat putabant ad manus hujus discuss-*

foris se perverturos quando rationes pecuniæ administratae dispungenda essent cum ad officium horum discussorum interjectorum, & reliquarum, hæc pertineant, dict. l. 2. §. 4. tit. 2. lib. 9. recop. & credibile erat plurimum fumi ab ipso venditum sub eo pretextu ut facilius eos deciperet: & sic potestatem Discussoris officii perhorrescentes, non omnimoda diligentia adhibita in scrutandis scripturis, libenter parebant, quod nihil aliud est quam delinquere favore, & auctoritate officii eodem modo quo ac si officium realiter obtineret. Et quemadmodum in falso tutore, vel administratore definitum est quod teneatur ad ea omnia ad quæ verus tutor tenetur *l. novissime 7. ff. quod falsus tutor. 39. §. curatores, ff. de admin. tut. l. mater 4. in fin. C. de testam. tutel. Cujac. in parat. ad tit. ff. quod falsus tutor. & C. de eo qui pro tutor. & lib. 23. observat. c. 19. & 20. Montan. de tutel. cap. 39. num. 103. 120. & 143. Roland. conf. 49. num. 17. lib. 1. Galganet. de tutel. lib. 3. quest. 25. num. 2. Ciriac. contr. v. 280. num. 21. sic similiter qui falsè alio quovis officio fungitur, quia tutoris officium publicum est, prin. inst. de excusat. tutor. cum vulg.*

Neque his obstat l. fin. C. de inter. matrim. quo videtur probati pœnam impostam vero tutori non extendi ad tutorem fictum, ut aliis relatis notant Gratian. discept. tom. 1. cap. 86. n. 53. & tom. 2. cap. 282. num. 22. Jacob. Cancr. var. 1. c. 7. num. 59. Nam dispositio hujus Textus specialis est in matre de facto administrante, ut ii Doctores dicunt, & inducitur favore matrimonii, & filiorum ibi: *Ne ex hujusmodi subtili, vel maligno tractatu, matrimonia, seu proles ex his progentia, vel dos super his data aliquam lesionem, vel calumniam patiantur*. Nec omnino mater de facto administrans si nubar, à pœna liberatur, cum priverit successione filiorum, ut probant Bald. in l. cum oportet, §. sed cum tacitas, n. 4. C. de bona qua lib. Decius conf. 490. Socin. Jun. conf. 9. n. 2. lib. 1. Surdus conf. 175. num. 34. cum seqq. lib. 2. Gratian. d. cap. 282. num. 22. & si bene perpendatur opinio horum Doctorum validè impugnatur per Castren. conf. 154. col. 2. lib. 2. Brun. in tract. de forma limit. 15. tit. de potent. form. qui tenent quod mater gerens se pro tutrice filii, si secundo nubat, teneatur ad easdem pœnas, ac si vera tutrix esset, quos refert Gratian. d. cap. 86. num. 55. At in cæteris in

in quibus non militat ratio affectionis, procedit dispositio, l. hujus actionis 9. §. hæc in factum, ff. quod fals. tutor. Donell. lib. 16. com. cap. 8. & lib. 21. cap. 1. Nec te moveat regula quod dispositio odiosa non debet extendi, l. cum quidam, ff. de lib. & post. neque pœna ad alios casus extendenda l. factum cuique, §. in pœnalibus, ff. de regul. jur. cum aliis congestis per Barbof. axiom. 166. num. 1. & axiom. 181. num. 9. Nam quando dolus superabundat, & militat non solum eadem, sed potior ratio, non dicitur extensio, sed comprehensio, ut pluribus probavi l. de regim. cap. 1. §. 2. num. 29. Cujus rei exemplum in terminis, sit cautum per l. 20. §. 6. tit. 1. lib. 4. recopil. quo Textu familiares sanctæ Inquisitionis delinquentes in officio privilegio fori privantur. Quæ quidem dispositio, quantumvis pœnalis non solum comprehendit veros officiales, sed etiam officia gerentes falsè, ut doctè probat Narbona in eo Text. gl. 20. num. 4. & elatius gloss. 7. num. 33. vers. is autem familiaris, quo materiam usurpantium officia pertractat. Neque species de qua loquitur Valenzuel. dict. conf. 145. nostræ adaptatur, quia in eo casu, qui retinuit rem universitatis antequam officium gereret, postea illud obrinuit, & accusabatur de restitutione non facta post consecutionem officii, quod est valde diversum ab interceptante auctoritate officii res fiscales. Et si ubi hæc non placeant in terminis de interceptante pecunias fisci condemnato ad pœnam capitalem adest expressa Regentis Salerniti. decis. 27. 101. Joann. Bapt. de Thoro in addit. ad eam, & in compend. decis. tom. 3. verbo falsificans provisiones. Quibus addi potest quod ex pluralitate, vel magnitudine capite puniri debebat juxta tradita per Farinac. d. quest. 121. num. 48. Ant. Gomez d. c. 6. numero 6. & Caball. dict. cas. 99. numero 47.

51 Et tandem quia iste Reus tenebatur pœna effractionis, & legis Julæ de vi publica; ex eo quod cum in carcere Curie detineretur, ob causam falsitatis instrumentorum census villæ de Arciniega; cum aliis reis vincula effregit, in custodes carceris conspiravit tumultuosè, & eis oppressis cum instrumentis sulfureis vulgo *Carabinas*, aufugit die 2. Junii anno 1684. quod pœna capitali plecti debet l. 1. ff. de effractor. & ex pil. l. si quis 38. §. miles 11. ff. de pœn. D. D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars I.

limites 13. §. ejus fugam 5. ff. de re militar. bene Don Ludovic. Peguer. decis. 1. num. 5. pluribus Farinac. quest. 30. numero 2. & num. 202. cum sequentibus, & melius Anton. Matth. dict. lib. 47. ff. c. ultim. cap. 4. ex num. 1. quæ procedunt ex sola effractione; ex violentia publica solum ex eo quod vis inferatur cum telo, pœna gravis debetur l. armatas 9. l. penul. ff. ad leg. Jul. de vi pub. §. item lex Julia de vi inst. de pub. Jud. & ibi Pichard. Ant. Matth. dict. lib. 48. tit. 4. c. 1. & 2. & licet pœna arbitraria sit hodie juxta jura superius allegata, ut probat Anton. Matth. dict. num. 2. & Pichard. ubi prox. quibus consonat l. 8. tit. 10. parte 7. junctis l. 13. & 14. tit. 29. eod. part. tit. & ibi Gregor. Lopez quem sequitur Azevedo in l. 7. tit. 26. lib. 8. recopil. Tam men quando vis inferitur per turbam, & tumultum cum telo pœna exacerbatur usque ad mortem l. hi qui ades 11. ff. ad leg. Jul. de vi pub. & ibi comm. Doctores, & in hoc casu iste Reus simul cum aliis per tumultum cum instrumentis sulfureis vim intulit custodibus, & carceris pessimus effractor factus fuit. Ex quibus sententia dici 11. Februarii 1667. ad pœnam mortis & confiscationis condemnatus fuit, quæ executioni fuit perducta die 14. sed non sine jurgio, ut statim dicitur.

CONTROVERSIA VI.

De jurisdictione Auditorum Senatus Regni Patrimonii in criminalibus ad punitionem exigentium pecunias fisci virtute delegationum falsarum.

SUMMARIUM.

1. Inquisitio incipi debet à comprobatione corporis criminis.
2. Competentia formata per Senatum Patrimonii super cognitione delictorum patrorum per Thomam de Leturia.
3. Cognitio rerum patrimonialium pertinet privative ad Senatum Patrimonii.
4. Patrimonii Senatus concessam obtinet jurisdictionem in criminalibus.
5. Patrimonii Senatus cognoscere potest de criminibus suorum officialium.
6. Procurator Cesaris à principio nullam obtinuit jurisdictionem.

- 7 Procuratoris Caesaris officium institutum sub Imperatore Augusto, & sub Claudio jurisdictionem civilem obtinuit.
- 8 Pontius Pilatus Procurator Caesaris erat quando Dom. Jesum morti tradidit.
- 9 Procuratores Caesaris aliquando vices Praesidum provinciarum gerebant & tunc obtinebant merum imperium.
- 10 Patrimonium Regum tempore Regum Gothorum per quos in Hispania administraretur.
- 11 Patrimonium Regum per quos administraretur jure partitarum.
- 12 Praepositus Regiae domus apud nos Major domo major Procuratori Caesaris successerat.
- 13 Patrimonii causa antiquitus per Consilium, & ordinarios judicabantur.
- 14 Patrimonii cause à tempore Regum Catholicorum Ferdinandi & Elizabeth decidebantur per Jurisperitos, vulgò Letrados de la Contaduria maior.
- 15 Patrimonii Senatus institutio solennis anno 1597. per legem.
- 16 Patrimonii Senatus subditus Consilii cujus memoria permanet in duobus Consiliariis qui necessario intervenire debent in eo.
- 17 Philippus I. Rex prudentissimus formam dedit Consilii Curialibus, & quare.
- 18 Jurisdictio Auditorum patrimonialium delegata est quoad causas criminales.
- 19 Jurisdictio Auditorum in civilibus ordinaria est.
- 20 Dicitio quoad hæc est restrictiva ad expressa.
- 21 Jurisdictio Auditorum in causis criminalibus non fuit concessa ad universalitatem causarum.
- 22 Jurisdictio Auditorum in criminalibus non cohaeret territorio.
- 23 Senatus Patrimonii componitur ex tribus confessoribus, sive tribunalibus, quorum duo nullam habent jurisdictionem in judicialibus.
- 24 Dubium de mero imperio solum versatur circa potestatem Auditorum.
- 25 Auditores in criminalibus nequaquam possunt obtinere jurisdictionem juxta juris dispositiones.
- 26 Senatus Patrimonii non assimilatur Procuratori Caesaris. Procuratores Caesaris non obtinebant potestatem in urbe, sed ad provincias mittebantur. Ibid.
- 27 Senatus Patrimonii successit loco Quaestorum urbanorum.
- Quaestores urbani curabant de Erario urbis. Ibid.
- 28 Quaestores Parricidii & alii postea creati, sed distincti ab urbanis.
- 29 Quaestores qui Candidati Principis dicebantur Regis à secretis Ministri sunt.
- 30 Quaestores ab origine de Erario curaverunt.
- 31 Quaestores urbani nullo imperio functi fuerunt.
- 32 Procuratores Caesaris nunquam in urbe potestatem exercuerunt.
- 33 Patrimonii Senatus successit in ministerio Quaestoribus urbanis.
- 34 Procurator Caesaris non habuit merum imperium.
- 35 Procurator Caesaris qui partibus Praesidis non fugebatur, jurisdictionem non obtinuit inter privatos.
- 36 Procurator Caesaris, vel rationalis, nec inter subditos proprios de causa criminali cognitionem obtinuit.
- 37 Omnis jurisdictio in Regnis Hispanie à Rege tanquam à fonte procedit.
- 38 Jure Gothorum partitarum, vel ordinamenti curantes de Patrimonio jurisdictionem non obtinuerunt.
- 39 Auditores Senatus Patrimonii jurisdictionem habent similem & aequalem cum Auditoribus Regiarum Audientiarum.
- 40 Auditores Regiarum Cancellariorum non habent jurisdictionem criminalem.
- 41 L. 1. §. 8. & l. 2. §. 26. tit. 2. lib. 9. recop. expenduntur.
- 42 Causa criminalis dicitur quae habet poenam pecuniariam applicandam fisco.
- 43 Jurisdictio delegata interpretanda venit strictè.
- 44 Jurisdictio limitata ad certas causas extendi non potest ad alias.
- 45 L. 1. §. qui mandatam, & l. fin. §. 1. ff. de eo cui mand. est juris, expenduntur.
- 46 Merum imperium ut concedatur requirit expressam mentionem.
- 47 Meri imperii concessio requirit legem, & quod in ea sit expressa.
- 48 Merum imperium quid sit.
- 49 Jurisdictio concessa ad certa crimina non valet extendi ad graviora.
- 50 Fraudantes veccigalia quae poena puniuntur.
- 51 Resistentes solutiones jurium Regionum quae poena plectantur.

- 52 Usurpantes jura regia qua poena coercerentur.
- 53 Monopoli facientes in praedictum Regii Patrimonii qua, correctione sint animadvertendi.
- 54 Delicta de quibus cognoscunt Auditores Patrimoniales per leges Regni non habent nostro jure impostam poenam sanguinis neque corporis afflictivam.
- 55 Extrahentes res prohibitas à Regno gravius puniuntur, sed non per Auditores Patrimoniales.
- 56 Judices dantur in Senatu Patrimonii, sed non ad inquirendum crimina graviora, vulgò Pescuifas.
- 57 Crimina graviora exclusa, expressè per nostras leges à cognitione Senatus Patrimonii.
- 58 Juris consuetudine potestas animadvertendi limitata reperitur in pluribus Magistratibus.
- 59 Exempla hujus limitationis.
- 60 Limitatio Principis in jurisdictionalibus maxime attendenda.
- 61 Consuetudo optima legum interpretes.
- 62 Consuetudo tribuit & auferit jurisdictionem.
- 63 Jurisdictio concessa Auditoribus Patrimonialibus in criminibus specialibus, non est privativa, sed cumulativa.
- 64 Verbum possint non inducit necessitatem.
- 65 L. 2. §. 75. tit. 2. lib. 9. recop. expenditur.
- 66 Observantia cognoscendi cumulativa de fraudibus in juribus Regiis.
- 67 Jurisdictio in dubio cumulativa censetur concessa.
- 68 Praeventio in casu delictorum Thomae de Leturia erat apud Anlam.
- 69 Testium examen ad comprobationem criminis dat praeventionem. Praeventio incipit ab exercitio jurisdictionis. Ibid.
- 70 Farinacii locus expenditur ad probandum quod per inquisitionem datur praeventio.
- 71 Azevedo explicatur in l. 10. tit. 13. lib. 8. recop. n. 61. contrarium affirmans.
- 72 Praeventio realis obtinetur per Judicem capientem unum ex pluribus delinquentibus quoad omnes.
- 73 Praeventio datur judici probanti causam cum qualitate aggravante.
- 74 Praeventio realis datur Judici qui habet reum in propriis carceribus, licet D. D. Laur. Matthau, de Re Crim. Pars I.
- captus sit per ministros alterius Curiae.
- 75 Praeventio realis praestantior est caeteris.
- 76 Confessio rei tribuit praeventionem. Jurisdictio concessa privativa Auditoribus Patrimonialibus solum est civilis in rebus proprie pertinentibus ad fiscum. Ibid.
- 77 Mixtum imperium cum levi coercitione tantum fuit concessum Auditoribus Patrimonii.
- 78 Negligentia judicis privativa cognoscens de aliquo crimine dat praeventionem ordinario.
- 79 Negligentia in punitione criminum Thomae de Leturia.
- 80 Procurator Caesaris nequit in capitalibus jus dicere in causis suorum officialium.
- 81 L. fin. Cod. ubi cause Fiscales, expenditur.
- 82 Thomas de Leturia nunquam fuit subditus Senatus Patrimonii.
- 83 Consuetudo ut stricti juris, & quid facti non recipit extensionem de loco ad locum.
- 84 Decisiones opposita, in hac specie.
- 85 Principis justio ad favorem Aulæ & executio subsequenda.



Dixi præcedenti controversia comprobationem delictorum Thomae de Leturia per me inceptam fuisse die 23. Maii 1666. & cum juxta juris regulas incipiendum sit à corpore delicti l. 1. §. item illud, ff. ad Syllarian. cum vulgatis adductis plenè per Guazz. tr. de defen. reorum, defen. 4. n. 1. per tot. & inter documenta apprehensa reperiretur Epistola quædam ab ipso reo tradita Correctori civitatis de Huete, scripta, ut sonabat per Dominum Don Michaëlem de Salamanca qui præerat illo tunc in Senatu Patrimonii, ab illius declaratione exordium habuit inquisitio. Qui quidem eadem die asseruit minimè per ipsum scriptam fuisse, sed falsè fabricatam. Hinc subsequuta fuit notitia horum criminum in eo Senatu, licet jam Præses esset Dominus Don Petrus de Guzman Comes de Villambrosa. De illius mandato scriptæ fuerunt per Andream de Villaran Secretarium diversæ Epistolæ per Provincias, ad earum Correctores, certiores eos faciendo de his quæ ab ipso

reco patrata erant, ne ulterius Arcarii deciperentur, monendo simul, quod si ad aliquam ex provinciis reus perveniret detineretur, una ex his scripta die 25. ejusdem mensis Maii pervenit ad manus Correctoris villæ de Molina de Aragon tempore quo reus procurabat interciperi ab Arcario illius villæ ingentem pecuniæ summam, & sic fuit per Correctorem carceribus mancipatus, & apud eum apprehensa varia documenta ad rem facientia. Corrector qui non apprehendit Reum virtute litterarum jurisdictionem fruendo, tanquam subditus Consilii supremi Castellæ (quod per Antonomasiam in his scriptis, & ab omnibus sub nomine Consilii intelligitur) Reum remisit ad Carceres Curia, cum tradidit Commentariensi tanquam carceratum Consilii nomine, & documenta secretario Consilii tradidit. At Patrimonii Senatus reum ipsum de novo Commentariensi commendavit quod apud nos dicitur, *paso embargo*. Delicta erant consummata in hac Curia: nam non interciperet quantitates in pecunia numerata, sed ab Arcarii scedula Cambii accipiebat quarum solutiones ad Curiam remittebantur, ut comprobatur ex actis: quare de jurisdictione Curia sive Aula, ratione loci delicti, dubitari non poterat. Et nihilominus Aula media consultatione diei 18. Junii subsequenti, de omnibus relationem Principi fecit in Consilio, cum expressa relatione præventionis Senatus Patrimonii, & allegatione jurium jurisdictionem illius statuentium, ut quid fieri dum ipse Princeps decerneret. Et decreto diei 19. lato in Aula Regiminis, cognitionem Aula criminali remisit simul cum documentis apprehensis, & actis gestis per dictum Correctorem. Fiscalis Senatus Patrimonii competentiam super his nihilominus suscitavit; & eum solum haberet notitiam delictorum patratorum in civitatibus Segoviar, & Segunti, atque in villa de Molina, de his tantum remissionem petierat, omisiss delictis patratis in civitatibus Toleti, & Conchæ, & in villis de Huete, Almagro, & Talavera. Quam his rationibus niti deduxit.

3 Prima, nam quidquid ad Patrimonium Regium pertinet, spectat privatim ad Senatum Patrimonii qui tanquam successor Procuratoris Cæsaris jus dicit

inter fiscum, & privatos l. 1. & tot. tit. c. ubi causa fiscal. l. 1. §. 3. cum plur. segg. tit. 2. lib. 9. recop. ita ut licet lis cæpta fuerit coram alio Judice non obstante litis pendencia remitti debet, etiam si a nemine petatur, ad dictum Senatum l. 1. cod. de offic. Comit. sac. Palat. l. 1. de offic. Comit. rec. privatar. cum aliis adductis per Amariam in leg. 2. Cod. de jur. Fisc. lib. 10. Larream allegation. 7. ex n. 1. & allegation. 53. n. 3. Excell. Dom. Crespi observ. ill. 62. per tot. cum aliis à me congestis de regim. tom. 1. cap. 2. §. 4. num. 9. cum segg. cum autem Reus iste deliquisset pecunias fiscali interciperi, clarè sequi aerebatur ad Consilium patrimonii cognitionem pertinere.

Secunda, quia licet dicatur de jure 4 communi criminalia judicia non pertinere ad illum Senatum, de jure nostro contrarium decisum reperitur per Text. in d. l. 1. §. 8. & in l. 2. §. 26. d. l. 2. quibus juribus concessa reperitur jurisdictionem criminalis dicto Senatui ad punitionem delinquentium, & impositionem pœnarum legalium, ut in d. §. 8. clarè percipitur ibi: *contra los quales se pueda proceder en la dicha contaduria mayor criminalmente para los castigar, y executar en ellos las penas de las leyes*. Et in d. l. 2. §. 26. ibi: *Contra los quales puedan proceder criminalmente para los castigar, y executar en ellos las penas de las leyes*: cum autem iste Reus enormiter defraudasset jura Regia tot, tantisque pecuniis fiscali interceptis, clarè sequitur punitionem criminum commissam fuisse privatim eidem Senatui: nam in princ. d. §. 26. de privativa jurisdictione verbum instituitur.

Tertia, quia ad Senatum Patrimonii, 5 qui subrogatus apud nos reperitur loco Procuratoris Cæsaris, ut dixi n. præced. & contr. 5. n. 31. pertinet cognitio criminum suorum officialium, quoad causas leves probat Text. in leg. nullum 10. c. ubi causa fiscal. & quoad omnes l. final. cod. ead. ibi: *sive pulsetur super criminali, vel civili negotio, non alterius quam tui culminis, ac viri spectabilis Comitum domorum petatur examen: nullus allegatione super fori præscriptione penitus admittenda*, quo Textu excludunt Imperatores quantumque allegationem contra hoc fori privilegium loquendo de colonis, inquilinis, ac servis imperialibus, quantum magis in rationalibus cæterisque Ministris: & Textum in d. l. nullam, interpretatus

pretatus fuit Dominus Crespi de delictis patratis in officio, ita ut superior cognitionem criminalem habeat quoad hæc, non verò quoad patrata extra officium. Sic d. l. 10. expendit observ. 62. n. 8. licet d. l. fin. non adduxerit quæ ad probationem propositionis mihi utilior visa fuit. Cum enim iste Reus licet falsè deliquerit in officio Computatoris, vel Discussoris, ut pluribus probavi d. contr. 5. ex n. 30. cognitionem ad Senatum Patrimonii pertinere videtur dicendum, cujus subditus supponebatur, ut crimina facilius patraret.

6 Sed his non obstantibus contrarium verius est si legales dispositiones tam juris communis, quam Hispani rectè percipiuntur. Ad cuius rei elucidationem suppono in primis Procuratorem Cæsaris in sua origine nullam habuisse jurisdictionem, sed tantum administrationem Patrimonii Principis: quod colligitur ex Text. in l. 1. ff. de offic. Procur. Cæs. & ration. in fin. princ. ibi: *sed diligenter gerere commissum est*; notant ex Diono, Strabon. Tacito, & aliis Jacob. Cujac. lib. 10. observ. 13. Amaia in l. 2. n. 4. Cod. de jur. fisci lib. 10. & Dominus 7 Crespi d. observ. 52. num. 1. quæ fiebant à tempore Imperatoris Augusti, sub quo officium exordium habuit, usque ad tempus Imperatoris Claudii qui jurisdictionem simplicem, civilem duntaxat concessit, l. Curatores 3. ff. de offic. Procur. Cæs. d. l. 2. l. cum aliquid 8. l. nullam 10. Cod. ubi causa fiscal. l. 1. Cod. de jur. omn. judic. notant Cujac. d. l. 19. obs. cap. 13. & in l. 5. ff. de jur. fisci. Amaia in d. l. 2. c. cod. lib. 10. num. 5. & 6. Larrea allegat. 7. num. 1. & allegat. 52. num. 12. 15. & 23. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. n. 9. Solorcan. de jur. l. adiar. lib. 5. c. unic. num. 119. Alfar. de offic. fiscal. glos. 9. n. 26. Petr. Barbof. in l. si quis ex aliena, n. 111. & in l. cum Pretor 12. in princ. n. 244. cum segg. ff. de judiciis. Dominus Crespi d. observ. 62. num. 3. ita ut cum Suida & Paramo teneat Pontum Pitarum capite plexum à Nerone ex eo quod cum esset Procurator Cæsaris absque criminali jurisdictione, sententiam capitalem dixit in Christum Dominum. Sed perperam: nam, ut probat Amaia in d. l. 2. num. 5. Pitarus fuit ex Procuratoribus qui vices Præsidis gerebant; de quibus in l. qui mittuntur 35. §. item ff. ex quib. caus. major. cum aliis juribus ab ipso Amaia adductis. Qui num. 7. concludit quod Procuratores qui vices D. D. Laur. Mathan, de Re Crim. Pars I.

Præsidum gerebant non res fiscales, sed Provincias regere consueverant, & à Præsidibus distinguebantur, vel à Proconsulibus, nomine tantum, vel honorifico titulo, l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appellat. Quare certissimum est jure communi attento Procuratorem Cæsaris curantem de Patrimonio solum habuisse jurisdictionem in civilibus negotiis ad fiscum pertinentibus, ob quod communiter dici solet jus dixisse inter fiscum, & privatos, ut pluribus probavi d. de regim. c. 2. §. 4. num. 9. cum segg.

Secundo suppono quod in Regnis 10 Hispaniæ tempore Gothorum Patrimonium Regis administrabatur per Magistratum cui nomen erat *Rektor rerum publicarum* ut notat, quamquam omnino non explicet Villadiego ad l. 2. tit. 1. lib. 2. for. jud. num. 5. laudans Ambrosium de Morales qui inter Magistratus præcipuos illius cui hunc Rectorem enumerat, ut videri potest in eius verbis relatis ibid. n. 4. vel Comes Patrimonii, ut ex Concil. Tolet. 8. & 13. infert Loaisa relatus per Larream d. alleg. 52. num. 12. de cuius jurisdictione nil dispositum reperitur in eo Codice legum; ob quod non erit remerarium, sed rationi consonum asserere nullam obtinuisse; cum in eo præsertim d. l. 2. tit. 1. & 2. de iudicibus 11 late tractetur. De jure verò partitarum administratio Patrimonii concessa erat Præposito domus Regiæ, apud nos Major domo major, quem successisse Procuratori Cæsaris probat Text. in l. 16. tit. 17. part. 6. ibi: *Que el Majordomo o Procurador de la Camara del Rey, l. 17. tit. 9. p. 2.* & ibi Gregor. Lopez gloss. 1. & 2. junct. l. 12. tit. 18. part. 4. Qui quidem nullam habebat jurisdictionem, ut probat Greg. Lopez in l. 14. tit. 17. part. 6. gloss. 1. ibi: *vel dic quod potest fieri ista delatio coram Procuratore Regis vulgò dicto Majordomo 12 majoriad ipsum namque pertinet inquirere, & scire redditus, & jura Regis, ut habetur in l. 17. tit. 9. part. 2. & videtur successisse Procuratori Cæsaris, & huic dicto consonare videtur l. 6. infra eod. non tamen ut videmus de facto cognoscit de causis, sicut cognoscebat Procurator Cæsaris. Huic præposito Regiæ domus ministrabant duo discussores, sive Computatores de quibus expressa in his juribus mentio habetur signanter in d. l. 17. quod confirmatur ex l. 21. tit. 2. lib. 6. ordin. quo jura spectantia ad hunc Præpositum domus ratione expeditionum rerum Patrimoniarum*

litem ponuntur, & ex l. i. tit. i. lib. 9. recopil. ibi: Tres Contadores mayores, y en los tiempos de nuestros Progenitores no fueron
 13 mas de dos, per illos jura regia administrabantur, reditus exigebantur, rationesque expungebantur, & si quid jurisdictionis opus erat ad Consilium in Cusia recurreretur, & in ceteris civitatibus & oppidis ad Judices ordinarios l. i. tit. 26. & 27. tit. 15. lib. 2. ordin. quae dispositio permansit per plures annos ne dicam laeula: nam prima mentio quae de negotiis Justitiae in tribunali Computationis majoris jure nostro habetur, est tempore Regum Catholicorum Ferdinandi & Elisabeth. in l. 9. & 10. tit. 1. d. lib. 9. Sed postea ab anno 1597. Consilium Patrimonii statutum formiter reperitur dato Praefide, assignatis Senatoribus, qui de administratione in communiterum patrimonialium curarent; Auditoribus, qui lites dirimerent, & discussoribus sive rationalibus, qui rationes expungerent & adnotarent, l. 2. per tot. d. 1. lib. 9. Sed quia universa jurisdictione regio in Consilio residebat & resideret, providere cautum fuit tempore hujus segregationis quod duo ex Consiliariis illius in eo perpetuo interveniant in rebus gravioribus tam administrationis quam justitiae vel rationis dist. l. 2. §. 1. & 13. d. tit. 2. & in aliis plurimis juribus.
 17 Haec perfecta fuerunt per prudentissimum Regem Philippum II. & si in his licet sententiam sive opinionem propriam exprimere; idoneo sic ab eo constitutum, quia educatus fuerat dictaminibus nostri Federici Furti Cerollani, Domestici Imperatoris invicti Caroli V. atque in rebus politicis peritissimi. Qui in lib. de consil. & consiliar. c. 1. demonstravit ad gubernationem perfectam cujuslibet Regni necessaria esse septem Consilia ut negotia felicibus, & facilius expediantur, nempe Politicum, justitiae, Regiminis specialis, & annonae, criminale, militare, ararii & censorum. Ex his tria separavit a Consilio Supremo quod ab Alphonso sapientis statutum erat, sive a Ferdinando Sancto illius genitore, nempe Politicum universalis Monarchiae de Estado, nuncupatum, cui nulla judicialis cognitio, sed cura supremorum negotiorum ad statum spectantium militare, quod de exercitibus, Arcibus, Praefidiis, Classibus & ceteris ad militiam spectantibus curaret; & cum in eo plerunque negotia justitiae tractarentur

olim, haec ad nostram Aulam deferrebantur, ut dixi controvers. 1. num. 10. hodie Assessorum habet desumptum ex Consilio; & Senatum Patrimonii vulgo Consejo de hacienda, de quo hic sermo instituitur, cetera ex ipso Consilio per Aulas illius distributa sunt. Nam regimen speciale, & cura universalis Annonae ad Aulam de Gobierno quae est omnium prima, spectant; justitiae negotia, ad tres Aulas nuncupatas de las mily quinientas, de justitia, y de Provincia. Crimina ad nostram Aulam vulgo Sala del crimen, ut ex dictis controvers. 1. patet & tandem Censorium ad Consilium Camerale nuncupatum Consejo de Camara quod praemia distribuit, candidatos ad dignitates proponens, de Patronatu Ecclesiarum curans, atque gratias & facultates Regiae Majestati concedendas exponens.

Sed ut pergamus, ex his non obscure sequitur jurisdictionem Senatus Patrimonii delegatam in sua origine esse, tanquam separatam ab ordinaria jurisdictione Consilii, quod non fuit ausus negare Dominus Larrea d. allegat. 52. num. 4. & 28. licet ex l. 1. §. 3. tit. 1. lib. 9. recopilat. probari possit ordinariam esse ibi: *que en quanto a esto sea avido por tribunal ordinario, y sean avidos por Jueces ordinarios.* Nam ex his verbis colligitur privilegium ordinariae jurisdictionis concessum fuisse, non vero factam
 19 fuisse ordinariam jurisdictionem: nam dictio illa habeatur pro ordinariis, non respicit essentiam: nam dixisset *sunt ordinarii*, ob quod remanet semper improprietas cum dictio, pro, vice aut loco aliquid apponi significet, Barbof. dist. 287. num. 26. quod comprobatur ex differentia Consulis a Proconsule, de qua Fenestella ad rem de Magistr. Rom. c. 11. ibi: *Qua tempestate non ordinaria quidem, sed delegata jurisdictione Proconsul de quo agimus utebatur.* Demum verbum habeatur dicitur fictionem, ut notat gloss. in l. mercis appellatione, & ibi expressus Bartol. ff. de verb. signif. Baldus & alii adducti per Tiraquell. in l. si unquam verbo revertatur, n. 221. verum in his non immoror, quia mei instituti non sunt. Sed dato quod jurisdictione ordinaria concedatur eo jure, quoad criminalem jurisdictionem, clarior est non concedi ordinariam: nam concessio facta in d. §. 3. taxative reperitur ibi: *en quanto a esto*, Latine quoad haec; quae est restrictiva ad expressa cap.

cum

cum M. Ferrariensis in princ. ubi gloss. verb. quor. de consil. Tulfus conclus. 354. n. 4. lit. 9. Seraphin. Olivar. decis. 911. num. 3. aliis relatis Barbof. dist. 326. num. 3. & sic quoad alia non contenta in eo §. minime jurisdictione ordinaria dici potest.
 21 Concessio de qua in d. l. §. 8. & in d. l. §. 16. non est ad universalitatem causarum, ut frui possit praerogativa ordinariae jurisdictionis, neque habet designationem territorium cui adhaereat, sive cohaereat, quod est necessarium ad hoc ut ordinaria censetur. l. pupillus 239. §. territorium. ff. de verbo. signif. l. fin. cod. ubi & apud quem, Petrus Gregor. Tholof. 22. in syntagm. jur. lib. 47. c. 21. num. 32. Oroscoco in l. imperium, num. 14. ff. de jur. om. jud. Azvedo in d. l. tit. 15. lib. 4. recopil. Valenzuel. conf. 100. num. 54. pluribus relatis, Giurbac. conf. 24. num. 7. vers. ad merum, & novissime Dominus Crespi obs. 15. num. 18. & sic concludendum venit esse delegatam, ac per consequens strictè interpretandam, pluribus Barbof. de jud. in l. 1. art. 1. n. 213. cum seqq.
 23 Tertio, suppono quod ex tribus Aulis sive tribunaliibus constituentibus Senatum Patrimonii. Prima in qua resident equites de administratione curante; & Tertia in qua calculatores, discussores, vel Rationales, de rationibus tractant, nullam habent jurisdictionem contentiosam, ad res justitiae expediendas, ut expressè cautum reperitur in d. l. §. 9. & §. 18. tit. 2. lib. 9. recopil. & sic solum remanet inquirendum utrum secunda Aula, Auditorum, apud nos de los oidores del Consejo de hacienda, habeat merum imperium, sive potestatem gladii ad animadvertendum in facinorosos homines, juxta tradita per Jacob. Cajac. in d. l. 3. ff. de juris.
 25 Si jus commune accurata speculatione scrutetur minime his Auditoribus concessum merum imperium est concludendum. Ad cujus comprobationem in primis assero illos, neque Senatum Patrimonii assimilari minime posse Procuratoribus Caesaris; quia hi Procuratores nullam potestatem, jurisdictionem, vel administrationem obtinuerunt in urbe, sed in provinciis ad quas mittebantur ut ex Procopio, Dione, & aliis notat Cujac. in d. l. §. ff. de jur. fisci & lib. 19. observ. cap. 13. quod aperte colligitur ex d. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appell. l. 26. ubi cons. fiscal. & clariss. ex l. 3. cod. eod. ibi Procurator meus qui voce Praefidis Pro-

vincia non fungitur, sequitur, Amaia in d. l. 2. n. 7. cod. de jur. sc. lib. 10. Cum autem Senatus Patrimonii, in urbe Regia resideat, clarè concluditur nequaquam assimilati Procuratori Caesaris.

Quare Quaestoribus urbanis subrogatos esse dicendum est; nam hi curabant in urbe de Arario, & pecunia publica, tam in eadem urbe collecta quam ex provinciis adducta, quod ab antiquissimo tempore factum fuisse probat Pomponius in l. 2. §. deinde 22. ff. de orig. jur. pluribus Alex. ab Alex. dicit. genial. lib. 2. cap. 2. ubi Tiraquell. in not. Cujac. in parat. ad tit. ff. de offic. Quaestor. Et accurate perdoctèque, ut solet, Praeceptor meus colendissimus Dominus Don Franciscus Ramos del Mançano (cui Hispania debet gloriam totius litteraturae, cui & discipuli omnes debemus honorem habendi inter nos Condiscipulum Regem ac Dominum Carolum II. quem Deus Optimus Maximus utilitati universae Monarchiae incolumem servent) in recitation. solenni, quum Salmanticae recitavit anno 1636. ad l. inter stipulanses, §. sacram. ff. de verb. oblig. c. de rebus. quae in commer. non sunt, n. 6. Nec in iusticiis ex eo quod postea creati fuissent Quaestores Parricidii, & qui Provincias sortiebantur, & tandem candidari de quibus Pompon. in d. l. 2. §. & quia 23. ff. de orig. jur. & Ulpian. in l. univ. ff. de offic. Quaestor. Et Imperator. in Rub. Cod. eod. Nam ex eo quod Quaestoris nomen ad alios Magistratus extensum sit, non inde efficitur, quod Urbani, qui origine primi fuere, de Arario curam non gererent, cum verba Pomponii in d. l. 2. §. deinde manifeste probent ibi: *Deinde cum ararium populi anticus esse cepisset, ut essent qui illi praesentem constituti sunt Quaestores, qui pecunia praesentem dicti ab eo quod inquirenda, & conservanda pecunia causa creati erant.* Consonat Fenestella de Mag. Rom. c. 3. ibi: *Quaestores vero Ararii, & Urbani pecuniam curam agere, Provincias parim exigendis vestigalibus sortiri.* Varro ibi: *Quaestores a querendo qui conquirent publicas pecunias.* Pomponius Latus *Quaestores ab inquirenda & servanda publica pecunia dicti sunt.* Tacitus lib. 13. Annal. *Nève multam ab eis dictam Quaestores Ararii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent.* Alcon. Pedia-nus. *Quaestores Urbani Ararium curabant, ejusque pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referre consueverunt.*

E 4 Quam

Quam ob rem nihil commune habet iste Magistratus cum Quæstore Particidii, qui de capite jus dicebat, ut expressum est in d.l. 2. §. & quia, neque cum candidato Principis qui in legendis libris, epistolisve occupabatur, ut dixit Ulpianus in d.l. unic. licet ex numero Quæstorum assumi solitos ex eodem Textu inferatur, de quibus ultra prædictos Amaia in l. 3. C. de decur. lib. 10. cap. 3. num. 1. Sed clarius omnibus Alexander d. c. 2. ibi: Præter quos urbani Quæstores fuere, qui etsi nullo imperio fungerentur, quippe qui nec vocationem, nec prehensionem haberent, nec sella Curuli, ut plerique Magistratus, neque lictoribus, aut viatoribus insignes forent, & apud Prætorum possent à privato in jus vocari: negotiosa tamen, & plena sollicitudinis administratio fuit. Nam & ærarii, & vestigalium populi Romani curam gessere: tam si quid pecuniarum publicè, vel privatim, erogari vel in ærarium condideret, Quæstorum cura demandabatur: cum quibus consonat tradita per Petrum Barbol. in l. cum Prætor 12. in princ. n. 248. & segg. ff. de jud. licet Cujac. in l. 3. ff. de juris omn. jud. doceat ex Aulo Gellio & Varrone mixtum imperium tractu temporis Quæstores obtinuisse, sed merum in nimè. Verba Cujac. sunt hæc: Qui Magistratus, sive Quæstor, licet merum imperium non habuerit, quia nec lictorem habuit, nec viatorem, per quos aut vocaret, aut prenderet quemquam, ut Aulus Gellius docet ex Capitone Varrone 13. c. 12. & segg. non tamen fuit sine imperio misto: nam & iudicia, iudicèque dare, & in possessionem mittere potuisse, quod est imperii misti, constat ex divinatione in Quintum Cæcilium. Quod & dixerat in paratit. ad tit. ff. de off. Quæstor. Quæ omnia quantum adaptentur ad ea quæ gerere solent administræ Senatus Patrimonii nemo est qui nesciat.

Neque dici potest hæc statuta fuisse tempore Regum, & Consulium, sed tempore Imperatorum, Procuratoris Cæsaris officium introductum fuisse; nam in urbe nec adhuc eo tempore Cæsaris Procurator aliquid gessit, licet à tempore Augusti factus fuisset Præfectus Ærarii, quamvis Quæstoris ministerium usque ad tempora Vespasiani in curando de Ærario cum aliquali intermissione durasse, tradat Alex. ab Alexand. d. cap. 2. sive ut docet Dominus Ramos ubi supra tempore Imperatorum cura ærarii primum ad Ædiles, dein-

de ad Prætores sive Prætorios, denique ad Præfectos Ærarii, apud quos manit usque ad Constantinum, pertinebat. Ex quibus clarè resultat quod Quæstores quibus hæc cura mandata fuerat ante nullam jurisdictionem obtinuisse, aut saltem mixtum imperium tantum obtinuerunt.

Sed ne videamur quæstionem nominis agitare, dato quod Senatores Patrimonii successores Procuratoris Cæsaris esse dicamus, pariter non obtinuisse merum imperium sive potestatem gladii constat ex dictis. Nam Callistratus in l. 3. ff. de offic. procur. Cæsar. sic inquit ibi: Curatores Cæsaris jus deportandi non habent. Papinianus in l. ex consensu 23. ff. de appellat. ibi: Cum Procurator Cæsaris qui partibus Præsidis non fungebatur in lite privatorum jus dandi sententiam non habuisset frustra provocatum ab ea sententia constitit que non tenebat. Imper. Antonia. in d. l. 1. cod. de juris om. jud. ibi: Non quidem competens Judex Procurator noster. Sever. & Anton. in d. l. 1. C. ubi caus. fiscal. ibi: Non defensione mortis quæstionem apud Procuratores nostros non oportet tractari. Idem in l. 2. C. eod. ibi: Procurator meus qui vice Præsidis Provincie non fungitur sicut exigere pœnam desertæ accusationis non potest, ita iudicare ut ea inferatur non potest. Constan. in l. 8. c. eod. ibi: Cum aliquid colonus, ut servus rei private nostra contra disciplinam publicam adferatur, perpetrare, ad iudicium Reçtoris Provincie venire cogendus est. Gratian. & Valent. in d. l. nullam 10. Cod. eod. Nullam ex officio Rationalis qui exactioni, vel chartæ inseruiat, in aliud iudicium adduci oportet: nisi forte cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsaverit. Ex quibus resultat criminalem jurisdictionem nunquam à jure concessam fuisse Procuratoribus Cæsaris administrantibus res fiscales, ut docent expressè Cujacius, Amaia, Larrea Mastril. Alfaro, Barbosa, & Solorzano laudati supra n. 7.

Si ad jus Hispanum recurrendum est, hoc pariter resultat. Quia omnis iudicium in Rege residet à quo tanquam à fonte in ceteros rivulos Magistratuum derivatur, l. de precatio 9. ff. ad leg. Rod. d. iact. l. bene à Zenone. C. de quadriem. præscr. l. 2. & ibi Greg. Lopez gloss. 7. tit. 1. p. 2. l. 4. tit. 1. lib. 2. ordin. ubi Didacus Perez l. 1. tit. 1. lib. 4. recopil. & ibi Azevedo & in l. 9. tit. 9. lib. 3. Bobadilla in polit. lib. 1. cap. 2. num. 19. cum segg. Valenz. conf. 100.

n. 30. Giurba conf. 59. num. 35. ubi plures, Casanate pluribus etiam Conf. 43. n. 1. & 2. & pluribus dixi 1. de regim. cap. 6. §. 1. num. 7. ac per consequens nemo uti jurisdictione aliqua seculari potest, quin à Rege concessam habeat expressè. Cum autem Senatus Patrimonii non obtineat concessum merum imperium, nam tempore Gothorum, & jure Partitarum, aut Ordinationum, jurisdictionem curantes de Patrimonio Regio nunquam consequuti fuerunt, ut dictum remanet num. 10. & seg. per jura novæ recopilationis probatur evidenter, in l. 3. tit. 1. lib. 9. cum jurisdictione eis concessa similis vel eadem sit cum jurisdictione Auditorum Regiarum Cancellariarum, ibi: *Y que los dichos letrados sean y se nombren Oidores de la dicha chancaria mayor, y aian la jurisdiccion, y autoridad que han los Oidores de las nuestras Audiencias ansi cerca de la determinacion de los negocios y lo a ellos anexo, y dependiente, como en todas las otras praeeminencias.* Quæ quidem dispositio est quæ tribuit formam jurisdictioni tribunalis Auditorum, qui antea literati, simpliciter dicebantur, ob quod jurisdictione illorum regulanda venit, per jurisdictionem concessam Auditoribus Regiarum Cancellariarum; sed isti nullam jurisdictionem in criminalibus obtinent, imò interdita eis est expressè per l. 20. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: *Porque a los nuestros Alcaldes del crimen pertenece el conocimiento de las causas criminales no es cosa conveniente que el Presidente y Oidores se entremetan en ellas no teniendo conocimiento mas de en las causas civiles.* Porinde mandamus que de aqui adelante no se entremetan en conocer ni conocer de pleitos algunos criminales. Quæ dispositio est clara, generalis & jubens causam remittere nulla parte petente, ut ex ulterioribus verbis manifestè apparet. Ergo indubitanter sequitur repugnancia cognitionis in causis criminalibus in ipso exordio nascentis dignitatis, & in ipsa dispositione per quam eis jurisdictione quam habent, statuitur.

Neque his obstat d. l. 1. §. 8. & d. l. 2. §. 26. tit. 2. lib. 9. quibus concessa dicitur jurisdictione criminalis ad puniendum reos criminum in eis contentorum, quia sub nomine criminalis jurisdictionis venit cognitio causa in qua solum imponi potest pœna pecuniaria fisco applicanda, ut pluribus probat Didac. Per-

in Rub. tit. 1. lib. 3. ordin. vers. quo fit sententia, & ut dictum remanet n. 20. & segg. jurisdictione Auditoribus Patrimonii concessa est delegata ob quod strictè venit interpretanda, sine extensione vel prorogatione cap. P. & G. de off. jud. deleg. pluribus Morla in empur. tit. 2. q. 21. num. 44. Petr. Barbof. in d. l. 1. art. 1. num. 204. ff. de jud. August. Barbof. in d. cap. P. & G. n. 3. cum segg. Didacus Perez in d. l. 6. tit. 12. lib. 3. ordin. gloss. 1. vers. hac ratione qui plura. Cum autem concessio de qua in d. §. 8. & d. §. 26. sit contra regulam statutam in d. l. 3. tit. 1. lib. 9. & limitata ad speciales causas, nempe, fraudis, monopolii, conventiculi, & resistentiæ factæ exactoribus jurium fisci, ut in eisdem iuris expressè cautum est; clarè sequitur non debere, nec posse extendi ad alias causas graviores, sed limitanda ad contentas in eisdem iuris, neque comprehendere causas ad merum imperium spectantes, qualis est hæc de qua agimus.

Quæ confirmantur ex decil. Text. in l. 1. §. qui mandatum ff. de eo cui mand. est juris ibi: *Sed merum imperium quod lege datur non posse transire. Quare nemo dicit animadversionem legatum proconsulis habere mandata jurisdictione.* Quod congruit cum decil. Text. in l. 1. ff. eod. ibi: *mandata jurisdictione privato etiam imperium quod non est merum, videtur mandari.* Quibus in iuris omnes Doctores notant, merum imperium non tribui nisi expressè dicatur. Quod de jure nostro indubitatum est, ex Text. in l. 8. tit. 4. part. 3. ibi: *Si senaladamente no le fuere otorgado, por privilegio, o por alguna ley que se lo otorgasse.* Et in l. 6. tit. 29. ead. part. 3. ibi: *Fuera ende si el Rey o el otro Senor de aquel lugar que oviesse poder de lo facer, se los otorgasse senaladamente.* Quibus probatur peripicue quoddam concessionem meri imperii sive jurisdictionis criminalis requiritur specifica expressio, cum hæc non veniant in concessione jurisdictionis. Ut notat Illiger. ad Donell. lib. 17. comm. c. 7. Jacob. Cujac. 47 lib. 1. quæst. Papin. in l. 1. ff. de eo cui mand. est jur. & clarius lib. 21. observat. cap. 30. Greg. Lopez in d. l. 18. gloss. 2. & in d. l. 6. gloss. 2. Morranus de regalib. tit. potestas constit. Magistr. num. 45. Casanate d. conf. 43. num. 39. Petr. Barbof. in d. l. 1. art. 4. num. 76. cum plur. segg. ff. de iudic. tit. Ex quibus omnibus clarissimè concludendum erit merum imperium speciale, mentio

48 mentionem exposcere, & individuam expressionem, & cum merum imperium juxta Ulpian. *respons. in d. l. 3. de jur. em. jud. sit habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines*, quæ quidem potestas præcipue versatur in punitione capitali, ut explicant Illiger. & Cuj. *ubi prox.* quibus addendus Fachin. *lib. 9. controvers. cap. 94.* nisi de hac potestate lex vel privilegium expressè loquatur, non censetur concessa, cum regulanda sit secundum quod expressum in concessione est, ut ii Doctores tradunt, quibus jungendi Petr. Greg. *Tolof. d. lib. 47. cap. 21. n. 2. & seg.*

49 Morla *d. tit. 2. premis. num. 3. cum segg.* cum autem solum in specialibus delictis concessa jurisdicatio sit, non debet extendi ad alios neque ad crimina graviores pœnas exigentia, cum pœnæ quæ correspondent criminibus expressis missi imperii finibus includantur, ob quod non potest extendi ad merum. Nam *in d. l. 1. §. 8. & in d. l. 2. §. 26.* in primis conceditur jurisdicatio ad puniendum fraudantes jura regia, sive vectigalia quæ levi coercitione puniuntur, nempe pœna dupli quantitatis defraudatæ *l. 31. tit. 19. lib. 9.* vel amissionis mercium, *l. 9. tit. 14. lib. 5. recopil. & ibi Azevedo n. 2.*

51 Resistentes solutionem eorundem jurium, sive vectigalium pœna tripli, *l. 8. tit. 17. lib. 5.* usurpantes hæc jura pœna septupli & amissionis bonorum ex quibus debebantur, *l. 9. tit. 11. lib. 6.* Monopolia sive conventicula facientes in præjudicium Regii Patrimonii

52 & redituum fiscalium pœna amissionis bonorum, *leg. 7. tit. 8. lib. 9. recopilat.* Hæc enim sunt pœnæ legales ad quas restrictam habent jurisdictionem per dicta jura, ibi: *y executar en ellos las penas de las leyes*, ut *in d. §. 8. & §. 26.* exprimitur, & sic neque de pœna ultimi supplicii vel alia ad merum imperium spectante concessiones loquuntur: ergo minimè extendi potest ad ea, quæ tanquam graviora expressionem desiderabant.

53 Quod claritè patet ex eo quod in ipso §. 8. limitatur jurisdicatio criminalis adhuc eis in casibus, ita ut cognitio criminis extrahendi ad Regno res prohibitas non spectet ad Auditores Patrimonii, quod graviori pœna plectitur, respiciente merum imperium, nempe capitali *l. 1. & 48. tit. 18. lib. 6.* Azevedo *in d. l. 1. num. 16.* Bobadilla *in politic.*

lib. 4. c. 5. num. 2. & in eadem l. 1. §. 10. tit. 2. lib. 9. recopil. quo tractatur de potestate judicis dandi, limitatur in casu inquisitionis criminum graviorum, apud nos *pesquisas*, de quibus *in l. 1. & tot. tit. 1. lib. 8. recopil.* ubi latè Azev. *Parlador. 2. rer. quotidian. c. 1. n. 22. & Bobadilla lib. 2. polit. cap. 20. per tot. & sic ultra* limitationem ad casus expressos, reperitur exclusio ad graviora crimina, quantum in terminis fraudis jurium regionum sive vectigalium, qualis est extractio rerum prohibitarum quæ tribuitur iudicibus ordinariis. Nec similis limitatio nova est in jure, cum sapissime usu habita sit consuetudo prohibendi magistratibus impositionem gravioris pœnæ in Consulibus per *l. 2. §. exactis, ff. de Orig. jur. ibi: neve possint in caput civis Romani animadvertere*, in Procureatore Cæsaris, *in l. 3. ff. eo tit. ibi: jus deportandi non habet.* De Quæstoribus urbanis diximus *suprà n. 31. & segg.* De Prætoribus urbano qui & major dicebatur, dixi *contr. n. 84. cum segg.* Præfecti vigulum usque ad fustigationem potestatem obtinuerunt, & non amplius, *l. 3. ff. eo tit. ibi: nisi quam atrox, tamque famosa persona sit ut Præfecto urbi remittatur*: Legati pariter, *l. si quid erit 11. ff. de off. Proconsul. ibi: neque enim animadvertendi, coercendi, vel atrociter verberandi jus habet*; & sic passim in jure. Nam semper attendenda limitatio Textus in *l. pro regione 8. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. dom. cum aliis congestis per Petr. Gregor. Tolof. d. c. 21. num. 31. & alios superius adductos.*

Quod & consuetudine comprobatur, illa enim est optima legum interpret, *l. si de interpretatione ff. de legib. l. minimè ff. eod. Valenz. conf. 114. n. 14.* Giurba *conf. 19. n. 42.* cum vulgaris adductis per August. Barbof. *axiomat. 56. n. 6.* Tribuitque & adimit jurisdictionem *l. 1. ubi gloss. c. d. de emancip. liter. l. 3. §. fin. ff. de restib. c. cum contingat de for. compet. cap. si duo de appellat. l. 1. & ibi latè Azevedo tit. 15. lib. 4. recopil.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 126. & 170.* Covarr. *in regul. possessor. 2. part. §. 3. num. 2.* Angian. *de legib. lib. 2. contr. 2. n. 74.* Belluga *in specul. Rub. 22. §. quia quotidiana per tot. Jacob. Cancr. var. lib. 2. c. 2. n. 69.* Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 13. p. 2. gloss. 4. Montanus de regal. tit. Potestas conf. Magistr. num. 45. Valenzuel. conf. 26. num. 17.* Giurba *conf. 52. n. 2.* Cum autem

autem per tot, tantosque annos Auditores Patrimonii jus dicant in causis ad eos spectantibus, & nunquam visum aut auditum sit in criminalibus pœnam imponendo sanguinis aut aliam acerbam, jus dixisse, clarè sequitur similem potestatem nunquam habuisse, cum frustra potentia sit quæ non reducitur ad actum, ut dixerat Philosophus, & tex. in *l. he enim, §. si prator, ff. de suspect. tutor. pluribus Barbof. axiomat. 184. n. 1.*

63 Nec adhuc ea limitata potestas procedendi in criminibus levibus contentis *in d. §. 8. & 26.* concessa est privativè; nam ultra ea quæ dicta sunt *suprà n. 22.* illis in officium conceditur, & sic cumulativè censetur, *l. 1. & ibi Bartol. C. de off. Præfect. urb. pluribus Ponte de potest. Pror. tit. de elect. official. §. 1. n. 23. Montan. de regal. b. tit. Potest. conf. Magist. n. 25.* & est concessa per legem quod pariter sufficit ut cumulativè concessa dicatur, *d. l. 1. junct. l. 4. C. de off. Præfect. urb. pluribus Montan. ubi prox. n. 45. & Petr. Barbof. in d. l. 1. artic. 4. n. 44. cum segg. ff. de Judic. & concessa reperitur per verbum possint ibi in d. §. 8. contra las quales se puede proceder en la dicha contaduria maior criminalmente*: & in d. §. 26. ibi: *Contra los quales pueden proceder criminalmente*: & nota differentiam locutionis, nam in principio *d. §. 26.* dum cavetur de litibus fisci dicitur ibi, *han de conocer y conozcan privativamente*, quando verò loquitur de fraudantibus, monopolia facientibus, & reculantibus sive impediendis solutionem vectigalium dicitur ibi, *puedan proceder*: verbum enim *possint*, activè prolatum non inducit necessitatem, quod est jurisdictionis privativæ, sed liberam arbitrium, atque voluntatem, quod est cumulativæ, *l. sape, ff. de off. Proconsul. Morla ubi prox. n. 18.*

69 Barbof. *distione 268. num. 1.* qui plures tradit, & sic cumulativam jurisdictionem tantummodo tribuit, & non est mirum cum *in d. l. 2. §. 25.* generaliter statuitur quod in ea tractatur tam de privativa quam de cumulativa jurisdictione: ibi: *Los negocios, cosas, y casos en que los oidores de la dicha nuestra contaduria maior ayen de tener jurisdiccion, y de que deven, y pueden conocer privative, y a prevencion con los otros Tribunales*: Ex quibus est innegabile quod habent jurisdictionem concessam privativè, & concessam cumulativè. De prima apertè loquitur Rex noster in prin. *d. §. 26.* ac per conse-

quens quæ de jurisdictione de qua dicitur, *han de conocer y conozcan*, quæ clausula verbis directis & præceptivè concepta, importat necessitatem; at verò dum dicit *puedan conocer* verbis obliquis de secunda, nempe cumulativa: & si adhuc dubites, in dubio namque jurisdictione cumulativa concessa præsumitur, Vantius de nullitate *ex def. jurif. n. 2.* Gramm. *decif. 30. per tot.* Capiblanco *de Barca. prag. 1. num. 219.* Guazz. *d. defenf. 1. cap. 1. n. 26.* & sic dato, sed non concessa, quòd Auditores possent cognoscere de criminibus Thomæ de Leturia, non privativè, sed cumulativè dicendum est, & hoc jure utimur, cum de defraudantibus jura sive vectigalia fisci, quilibet iudex ordinarius quotidie cognoscit; & ego plures cognovi sciente & tolerante dicto tribunali, imò dum ego contenderem remittendam mihi esse causam Simeonis Gonzales, cujus vehiculum apprehensum fuit defraudando vectigalia vini, quia virtute subrogationis mihi factæ per sapientissimum Præceptorem Don Franciscum Ramos del Mançano, cui per regium scriptum commissa est cognitio privativè horum vectigalium, in eodem Tribunali pronuntiatum fuit die 22. Aprilis 1668. causam remittendam Correctori hujus urbis, qui prævenerat.

Quo supposito, præventio in causa Thomæ de Leturia de qua agimus, apertè erat facta per Aulam, cum detectio criminum in ea facta fuisset, & antequam in Senatu Patrimonii aliqua notitia de his haberetur judicialiter, jam testes per me recepti erant, & crimina comprobata quod præventionem tribuit, quia præventio incipit ab exercitio jurisdictionis, Speculator, *in tit. de compet. jurisd. §. sequitur videre, & tit. de rescript. present. §. ratione autem*, quod nitiur in dispositione Text. in *l. in operis 26. ff. locat. l. 1. §. non semper ff. de appellat. Bald. in l. 1. C. de Confess. Marian. Socin. in c. proposuisti, num. 16. de for. compet. Decian. *tract. criminal. tom. 1. lib. 4. c. 21. n. 2.* Gullielmus Benedict. *in cap. Raynuntius, verb. uxor. decif. 5. num. 17.* Clar. *quest. 38. num. 28.* Monter *decif. 23. n. 9.* Surd. *conf. 111. n. 8.* Grammat. *conf. 28. n. 10.* Cabedo *decif. 142. lib. 1.* Scipio Rovit. *Rub. ubi de delict. quis deb. conven. prag. 1. n. 75.* Maltril. *decif. 210. num. 1.* Tondut. *de prævent. 2. part. cap. 25. n. 9. & segg.* Giurba *conf. 48. n. 38. & 39.* qui plures*

plures de mote laudat. Nec dissentit
 70 Fatin. *quæst.* 7. n. 56. qui solet in contra-
 rium adduci: nam n. 58. v. & nihilomi-
 nus, in fin. sic iustit. ibi: *hac moderna
 practica est multum conformis iuri commu-
 ni secundum quod per solam receptionem
 testium pro informatione curia examina-
 torum dicitur inducta præventio secundum
 Decian. ubi supra cap. 21. n. 2. post Mar.
 in loco per eum relato. Ideo non videtur
 iuri consonum, ut huic iudici, qui sic in exa-
 minando, & sumendo informationem de delicto
 prævenit, postea fieri præjudicium. Ne-*
 71 que his obstat doctrina Azevedo, in l.
 10. tit. 13. lib. 8. *recop.* n. 61. qui contra-
 rium videtur asserere: nam Text. in d. l.
 10. in princip. pro nobis loquitur, ibi
*que cada y quando los Alcaldes, tuezes or-
 dinarios previnieren, y començaren a co-
 nocer.* Cognitio enim & exercitium iu-
 risdictionis incipit ab informatione sum-
 maria, cum sine jurisdictione sumi non
 possit, & quanquam in fine Text. conce-
 dat prælationem iudici capienti, quan-
 do Iudex qui causam remitti petit
 Reum non habet in manus, nullo mo-
 do potest præferri, quæ sunt termini
 nostræ quæstionis, cum iste reus non
 fuisset captus per Ministros Patrimonii,
 & sic minime poterant allegare *decis.*
 d. l. 10. quæ loquitur de præventionem
 reali, imo realis præventio facta fuerat
 per Aulam, ut patet ex seqq.
 72 Primò, quia plures ex complicibus
 capti fuerunt iuxta Aulæ per suos mi-
 nistros antequam in Senatu Patrimonii
 contra hunc reum procederetur, & ex
 captura unius ex pluribus delinquenti-
 bus causa præventa realiter dicitur
 quoad omnes, Mar. Socin. in d. cap. *pro-
 pofuisti, de for. comp.* n. 37. Scacc. de *jud.*
 d. cap. 12. n. 78. in fin. Guazz. d. *defens.* 1.
 cap. 8. n. 6. pluribus Giurba *conf.* 59. num.
 125. & clarius *conf.* 70. n. 14. Azevedo
 in d. l. 10. n. 65. & 84. & quanquam Fa-
 rin. aliter opinetur, d. *quæst.* 7. num. 72.
 concludenter ei respondit Scacc. qui
 eum improbat d. n. 78. quem sequuntur
 Giurba & Guazzinus ubi pro-
 ximè.
 73 Secundò, in Aula fuit facta plenior
 comprobatio, nempe inquirendo, &
 comprobando concludenter octo falsitates
 cum quatuor effectivis interceptio-
 nibus, nempe in urbibus Toleti,
 Cuencæ, Sigüencæ, Segoviz, Huere,
 Almagro, Talavera, & Molina: in Se-
 natu Patrimonii solum de tribus falsi-

tatibus cum unica interceptione, ut di-
 ctum fuit; pluralitas enim est qualitas
 aggravans crimina, d. l. *aut facta, ff. de
 panis cum aliis adductis, controversi.* 5. n.
 18. & 19. & qualitas aggravans compro-
 bata tribuit præventionem iudici com-
 probanti, l. 2. §. fin. cum l. *seqq. ff. ad leg.
 Jul. de adulter.* Bossius *tract. crim. tit. de
 form. com. n. 102.* Farin. d. *quæst.* 7. n. 65.
 Guazzin. d. c. 8. numero 23. Scaccia d. c.
 12. n. 77. Jul. Clar. d. *quæst.* 38. num. 28.
 Giurba. d. *conf.* 48. num. 47. qui plures
 laudat.

Tertiò, quia etiam si hæc cessarent, 74
 reus per Aulam detinebatur in propriis
 carceribus, traditus per Iudicem ordi-
 narium capientem, quod est idem ac si
 per Aulam captus fuisset ut in simili
 probat egregiè Petr. Caball. *cas.* 117.
 num. 15. cum *seqq.* loquens quoad effe-
 ctum præventionis realis, quæ tribuitur
 iudici reum in manibus habenti, Fatin.
 d. *quæst.* 7. n. 53. Scaccia d. c. 12. num. 61. 75
 Guazz. d. 8. n. 13. Azevedo in d. l. 10.
 num. 62. Nec per Senatum Patrimonii
 dici poterat captum fuisse sua iussione
 mediante, quod est idem ac si, ab ipso
 caperetur; nam nec captura judicialis
 decreta fuit, nec literæ judicialiter ex-
 pedite, sed solum scriptæ epistolæ quæ
 non commissionem ad capiendum no-
 mine suæ jurisdictionis continebant,
 sed quandam incitativam propriæ iurisdic-
 tionis, l. *supè* 8. cum *seqq. ff. de offic.
 Præsidis.* Bobadilla, d. cap. 11. n. 24. cum
seqq. & sic semper remanet indubitatum
 præventum reum fuisse per iurisdic-
 tionem ordinariam, realiter, quod præfer-
 tur cunctis, ut dictum est.

Quartò, quia reus in causa Aulæ non
 solum erat convictus de his criminibus
 & aliis, sed confessus, & confessio dat
 præventionem, Bald. in l. *si domus, §. in
 pecunia, ff. de legat. 1.* ubi Alexand. &
 Jas. n. 6. Mascard. *de probat. conclus.* 1232.
 n. 9. Guazzin. d. *defens.* 1. c. 9. n. 25. Aze-
 vedo in d. l. 10. num. 62. & 65. Ex quibus
 omnibus licet concedamus potestatem
 in Senatu Patrimonii, cum jurisdictione
 criminalis, qualis ea sit, concessa fuerit
 cumulativè, ut constat ex prædictis,
 præventionem locum esse negari nequit,
 ac per consequens ad Aulam pertinuisse
 prædictorum criminum punitionem re-
 tendendum est.

Neque obstant in contrarium expensa,
 non inquam, Prima; nam superius
 ostensum est ex num. 18. Jurisdictionem
 Auditoro

Auditoribus privativè concessam ver-
 sati tantummodo in causis fiscalibus &
 si criminalis cognitio concessa est, non
 in gravioribus criminibus, sed in levi-
 bus, & non ordinaria sed delegata, cu-
 jus contrarium non fuit ausus asserere
 sapientissimus ille vir Don Joannes de
 Larrea, *locis superius expensis.*

Ad secundum pariter responsum est
 ex d. num. 49. quod poenæ delictorum
 de quibus Auditores cognoscere pos-
 sunt, spectant ad mistum imperium,
 non autem ad potestatem gladii sive
 meri imperii, & adhuc in his cumulati-
 vè, non privativè concessio facta fuit, &
 præventio erat facta per Aulam. Qui-
 bus additur quod etiam si privativè fa-
 cta fuisset, ex negligentia iudicis eam
 obtinentis ordinarius potest prævenire,
 c. cum plures de offic. delegat. in 6. Felin.
 in cap. *pastoralis volum. 7. vers. tempera
 istis, Azevedo in l. 10. num. 11. tit. 13.
 lib. 8. Farin. quæst. 7. num. 21. Guazzin.
 d. defens. 1. cap. 17. num. 21. Bajard. ad
 79 Clar. quæst. 3. num. 27. Monter. *decis.* 23.
 num. 10. Montan. *de regal. d. tit. potest
 const. Magistr. num. 38. Giurba conf. 48.
 num. 48.* & negligentia satis comproba-
 tur ex actis, ut dixi *controversi.* 5. n. 29.
 cum expedita fuisset provisio, die 5. Au-
 gusti 1665. quæ de his falsitatibus tra-
 ctabat, in qua tanquam legitimæ repu-
 taræ fuerunt delegationes summarum
 excessivarum.*

80 Ad tertium respondendum est quod
 de iure in causis capitalibus Procurator
 Cæsaris cognoscere non poterat, etiam
 si officialis proprius in officio deliquisset
 juxta decisionem Text. in d. *in nullam,
 C. ubi causæ fiscales,* nec aliud cautum
 reperitur per l. fin. c. eod. quæ non lo-
 quitur de officiali, sed de colono, inqui-

81 lino, & servo, neque jurisdictionem tri-
 buit Procuratori Cæsaris, sed Præposito
 sacri cubiculi, cui lex illa inscribitur, vel
 Comiti domorum ibi, *quam tui culminis ac
 viri spectabilis Comitris domorum,* quod est
 valde diversum: Neque iste Reus deli-
 ctum paravit in officio quod nunquam
 habuit, sed supposuit falsè, quod privi-
 legium fore tribuere esset absurdum, ut
 dixit, neque consuetudo regni Valentiz
 de qua Dom. Crespi d. *obf.* 62. num. 8.

82 extendi potest ad hæc Regna, quia ex-
 tensionem non recipit, l. fin. ff. de iurisdic-
 tion. omni. iudic. l. 1. §. Julianus, ibi: *quoad
 usque ingressus est, ff. de itiner. actuque pri-
 vat.* ubi Bartol. & communiter Docto-
 83 D. D. Laur. Matthan, de Re Crim. Pars I.

res, cap. fin. de consuetud. in 6. l. 24. tit. 11.
 part. 4. & ibi Gregor. Lopez, *gloss.* 2. l. 3.
 tit. 1. lib. 2. *recopil.* & ibi latè Azevedo,
 num. 4. & in l. 1. tit. 9. lib. 5. ex numero 2.
 plurib. Solorçan. de iur. Indiar. tom. 2.
 tit. 1. cap. 22. num. 21. cum *seqq.* Valenz.
conf. 8. num. 25. & 28. & *conf.* 33. n. 229.
 Giurba *conf.* 87. num. 2. Neque dispositio
 sine observantia de qua D. Crespi
 ex consuetudine procedit, sed ex iure
 expresso, in privil. 7. Reg. Ferdin. 11. cu-
 jus verba refert, de quo dixi 1. de regim.
 c. 2. §. n. 15.

Verum cum habeant sua sidera cau- 84
 sæ, Patrimonii Senatus obtinuit decre-
 tum à iudicibus competentibus, quo re-
 mitti ad eum decreverant Reum, quo
 ad causas falsitatum paratarum in civi-
 tatis Segoviz, Segunti, & villa de
 Molina simul cum actis. Quæ potius
 ex privilegiis recentioribus à Principe
 concessis, & nondum inter jura nostra
 promulgata, quam iure ordinario, pro-
 nuntiarum crediderim. Quo res dubior
 facta fuit: Nam Aula obtinuit decre-
 tum Consilii in Aula regimini, quæ
 omnium prima est, certius factum de
 competentia prælibata. Comprobatio 85
 delictorum sic complicata, ut acta deli-
 ctorum contentorum in causis remissis
 separari nequirent ab aliis non remissis:
 Quibus & aliis delatis ad Principem
 per Aulam media consultatione die 29.
 Julii ejusdem anni 1666. mihi iustum fuit
 per excellentissimum Præsidentem quod in
 causa, procederem ulterius, & sic
 legitimè ea conclusa ab hoc impedi-
 mento vel reclamazione illius Senatus
 sententia pronunciata fuit, ut dixi *con-
 trov.* 5. num. fin. prædictis Auditoribus
 nihil in ea agendo, quod fuit idem ac
 causam pro derelicto relinquere.

CONTROVERSIA VII.

De Articulo immunitatis Ecclesie in-
 tentato per famosum delinquentem
 post condemnationem ad poenam capi-
 talem.

SUMMARIUM.

- 1 Facti narratio.
- 2 Immunitas concessa est loco sacro.
- 3 Immunitas Ecclesie supponit Ecclesiam
 esse locum & quo reus dicitur substractus.